

Sabbato ante Dominicam II. Passionis.

AD VESPERAS.

*Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 307.**Capitulum.* Fratres : Hoc enim sentite. 604. *Hymnus.* Vexilla Régis. 575. *Ps.* Eripe me.

Ad Magnif.
Ant. 4. E

P Ater júste, * múnus te non cognóvit : é-go

autem cognó-vi te, qui-a tu me mi-sí-sti. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 4. E. 210.*Oratio.* Omnipotens sempitérne. 592.

NOTA

A dominica II Passionis usque ad Vigiliam Paschalem inclusive, omnia cum « Ordine Hebdomadae Sanctae instaurato » conveniunt. Psalmi tamen hic proponuntur secundum antiquam interpretationem, ad uniformitatem libri servandam. Textus novus Psalmorum, quo utitur « Ordo instauratus », invenitur in Appendice.

DOMINICA SECUNDA PASSIONIS
SEU IN PALMIS*Duplex I classis***Ad Primam.** *Ant.* Púeri Hebraeorum, portántes. 581.

AD TERTIAM

Ant. Púeri Hebraeorum vestiménta. 582. *Capitulum e Vesperis.* Fratres : Hoc enim sentite. 604. *R.* br. Erue a frámea. 239*In fine post Ps.* Fidélium ánimae. *proceditur ad benedictionem ramorum.*

DE SOLEMNI PALMARUM PROCESSIONE

IN HONOREM CHRISTI REGIS

PRÆNOTANDA

Solemnis ramorum benedictio et processio cum subsequente Missa fiant mane, hora consueta Missae principalis, in choro post Tertiam.

In ecclesiis autem ubi Missae vespertinae cum magno populi concursu celebrari solent, Ordinarius loci ramorum benedictionem et processionem cum subsequenti Missa horis vespertinis, si vera pastoralis ratio intercedat, permittere poterit, ea tamen lege ut benedictio et processio matutinis horis in iisdem ecclesiis locum non habeant.

Sola ramorum benedictio, absque subsequenti processione et Missa, celebrari non licet.

Benedictio ramorum in altera ecclesia fieri potest e qua ad ecclesiam principalem processionaliter accedatur pro missae celebratione. Ubi vero haec altera ecclesia non habeatur, ramorum benedictio in aliquo convenienti loco fieri potest, imo etiam sub divo, ante aediculam sacram, vel ante ipsam crucem processionalem, dummodo processio inde sequatur ad ecclesiam pro Missae celebratione.

Cum vix omnes fideles benedictioni ramorum interesse possint, curent ecclesiarum rectores, ut rami benedicti in sacristia vel alio apto loco praesto sint, fidelibus qui processioni non interfuerunt, distribuendi.

In benedictione et processione adhibeantur rami palmarum seu olivarum, vel aliarum arborum. Hi rami, secundum locorum varios usus, vel ab ipsis fidelibus parantur et in ecclesiam afferuntur; vel, benedictione peracta, fidelibus distribuuntur.

DE BENEDICTIONE RAMORUM

1. *Aspersio aquae benedictae omittitur.*
2. *Color paramentorum est rubeus.*
3. *Celebrans induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluvioli [vel manet sine casula]¹; ministri sacri amictu, alba, cingulo, subdiaconus insuper tunicella, diaconus stola et dalmatica.*

¹ Rubricae inter uncinos quadratos positae spectant ad celebrationem simplicem, quando scilicet sacrae caerimoniae peraguntur a sacerdote, absque ministris sacris.

4. *Rami, nisi ab ipsis fidelibus jam in manibus teneantur, parentur super mensam tobalea alba coopertam, et positam in opportuniore loco presbyterii, ita tamen ut maneat in conspectu fidelium.*

5. *Omnibus rite dispositis, celebrans, cum ministris sacris [seu ministrantibus], facta altari debita reverentia, sistit post mensam, versus populum.*

Interim vero cantatur sequens :

Ant.
7

H Osanna * fi-li-o Dávid : benedí-ctus qui vé-nit
in nómine Dómi-ni. Rex Is-ra-ël : Hosanna in
excél-sis.

6. *Deinde celebrans, manibus junctis, benedicit ramos, dicens, in tono feriali B (vel in tono simplici antiquo) :*

V. Dóminus vobíscum.

Cui omnes respondent :

R. Et cum spíritu túo.

7. *In sequenti oratione celebrans dicat, prout qualitati ramorum congruit, hos palmárum ramos, vel hos olivárum ramos, vel hos árborum ramos, vel hos palmárum et olivárum ramos, aut hos palmárum (olivárum) et aliárum árborum ramos.*

Orémus.

Oratio

BENE + dic, quaesumus, Dómine, hos palmárum (seu olivárum aut aliárum árborum) ramos : † et praesta; ut, quod pópulus tuus in tui venerationem hodiérno die corporáliter agit, hoc spírituáliter summa devotíone perficiat, * de hoste victóriam reportándo et opus misericórdiae summópere diligéndo. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

8. *Tunc celebrans, nihil dicens, primum ter aspergit ramos super mensam positos, postea, ad cancellos, ramos fidelium, ubi ipsi, ut dictum est, ramos jam in manibus portant, nisi placuerit horum aspersionem facere transeundo per aulam ecclesiae.*

9. *Deinde celebrans ponit incensum in thuribulo, cum benedictione, et primum ter adolet ramos benedictos super mensam positos, postea, ad cancellos, vel transeundo per aulam ecclesiae, incensat ramos fidelium.*

Ministri sacri [vel ministrantes] celebrantem comitantur, tam in aspersione, quam in incensatione ramorum, fimbriam pluvialis tenentes.

DE DISTRIBUTIONE RAMORUM

10. *Completa benedictione, fit ramorum distributio, secundum locorum consuetudinem.*

11. *Acolythus [vel ministrans] accipit e mensa ramum pro celebrante, et collocat super credentiam, ut illum celebranti praebeat cum inchoatur processio.*

Celebrans pergit ad altare cum ministris [ministrantibus], factaque eidem debita reverentia, illud ascendit et osculatur in medio; deinde, quin ramum ipse accipiat, vertit se ad populum, adjuvantibus ministris sacris [vel ministrantibus], et ramos benedictos distribuit primum omnibus clericis per ordinem, deinde ministrantibus, genuflexis super suppedaneum.

Postea descendit de altari et, facta debita reverentia, accedit ad cancellos, ubi distribuit ramos populo, primo viris, deinde mulieribus.

Unus vel plures sacerdotes, cotta et stola rubri coloris induti, possunt celebrantem adjuvare in ramis benedictis populo distribuendis ad cancellos.

12. *Et cum inceperit distribuere, cantantur sequentes antiphonae et psalmi, hoc modo :*

1 Ant.
1 f

P U-e-ri Hebrae-órum, * portántes ramos o-livárum,
obvi-avé-runt Dómi-no, clamán-tes et di-cé-ntes : « Hosán-
na in excél-sis ».

Psalmus 23, 1-2 et 7-10 (Textus novus, p. 27*)

1. Dómi-ni est térra, et pleni-tú-do é- jus, * órbis ter-
rárum et univérsi qui hábi-tant in é- o. *Flexa* : príncipes,
vé-stras, † 2. Qui- a ípse...

2. Quia ipse super mária fundávit éum, * et super flúmina praeparávit éum. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

7. Attóllite pórtas, príncipes, véstras : † et elevámini, pórtae aeternáles : * et introíbit rex glóriae.


8. Quis est iste rex glóriae? † Dóminus fórtis et pótiens : * Dóminus pótiens in praélio. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*


9. Attóllite pórtas, príncipes, véstras : † et elevámini, pórtae aeternáles : * et introíbit rex glóriae.


10. Quis est iste rex glóriae ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriae. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

11. Glória Pátri, et Fílio, * et Spíritui Sáncto.


12. Sicut érat in principio, et nunc, et sémpér, * et in saécula saeculórum. Amen. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

2 Ant. 
U-e-ri Hebrae-órum * vestiménta prosternébant in


ví-a, et clamábant di-céntes : « Hosánna fí-li-o Dávid :


benedíctus qui vénit in nómine Dómi-ni ».

Psalmus 46 (Textus novus, p. 27*)



1. Omnes géntes, pláudi-te mánibus : * jubi-lá-te Dé- o in



vóce exsul-ta-ti- ó- nis. 2. Quóni- am...

2. Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, * rex mágnus super ómnem térram. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

3. Subjécit pópulos nóbis : * et géntes sub pédibus nóstris.

4. Elégit nóbis hereditátem súam : * spéciem Jácob, quam diléxit. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

5. Ascéndit Déus in júbilo : * et Dóminus in vóce túbae.

6. Psállite Déo nóstro, psállite : * psállite régi nóstro, psállite. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

7. Quóniam rex ómnis térrae Déus : * psállite sapiénter.

8. Regnábit Déus súper géntes : * Déus sédet super sédem sánctam súam. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

9. Príncipes populórum congregáti sunt cum Déo Abraham : * quóniam díi fórtes térrae veheménter eleváti sunt.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

10. Glória Pátri, et Fílio, * et Spíritui Sáncto.

11. Sicut érat in principio, et nunc, et sémpér, * et in saécula saeculórum. Amen. *Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.*

Quae si non sufficiant, repetantur quousque distributio finiatur ; si autem finiatur prius, clauditur cum Glória Pátri, et repetitur antiphona.

Finita distributione, celebrans lavat manus stans ad sedile, nihil dicens, adjuvantibus ministris sacris [vel ministrantibus]. Interim removetur mensa e presbyterio.

DE LECTIONE EVANGELICA

In ritu solemnī

13. *Postquam manus lavit, celebrans stans ad sedile, incensum more solito imponit ac benedicit.*

Diaconus, accepto libro, genuflectit in infimo gradu altaris et inclinatus dicit, submissa voce, Munda cor meum.

Deinde surgens, una cum subdiacono et acolythis, facta debita altari reverentia, accedit ad sedem celebrantis, a quo petit et accipit benedictionem, ut in Missa solemnī.

Evangelium canitur uti moris est in Missa solemnī. Celebrans, quin evangelium legat, illud auscultat ad sedem stans.

In ritu simplici

Postquam manus lavit, celebrans stans ad sedile, incensum more solito imponit ac benedicit. Accepto deinde libro, accedit cum ministrantibus ad altare, ibique super infimum gradum genuflexus et inclinatus, dicit submissa voce Munda cor meum, Iube, Dómine, benedicere et Dóminus sit in corde meo.

Postea surgit, et facta debita altari reverentia, accedit ad latus evangelii, in plano, librum super legile deponit (atque incensat), et cantat evangelium.

14. † Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. 21, 1-9

IN illo témpore : Cum appropinquasset Jesus Jerosólymis, et venisset Bétphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discipulos suos, dicens eis : « Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea : sólvite, et addúcite mihi : et si quis vobis áliquid dixerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos ». Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Dícite filiae Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, fílium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecerunt sicut praecépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam et pullum : et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére fecérunt.

Plúrima autem turba straverunt vestiménta sua in via : álii autem caedébant ramos de arboribus, et sternébant in via : turbae autem, quae praecedé-

bant, et quae sequebántur, clamábant, dicéntes : « Hosánna filio David : benedictus qui venit in nómine Dómini ».

15. *Evangelio finito, subdiaconus defert librum osculandum celebranti, qui non incensatur a diacono.*

[15 a. *In fine celebrans librum osculatur dicens Per evangélica dicta; et a ministrantibus respondetur Laus tibi, Christe.*]

DE PROCESSIONE CUM RAMIS BENEDICTIS

16. *Lectione evangelica expleta, celebrans redit cum ministris [vel ministrantibus] ante altare et, facta debita reverentia, incensum imponit ac benedicit.*

Diaconus [vel ministrans] porrigit celebranti ramum benedictum; deinde diaconus [vel celebrans], versus populum, cantat alta voce :



Procedámus in páce.

In nómine Chrísti. Amen.

Et incipit processio.


- Praecedat thuriferarius cum thuribulo fumigante,*
- deinde alter subdiaconus paratus, vel acolythus [aut unus ex ministrantibus], deferens crucem solemnem et pretiosam non velatam,*
- medius inter duos acolythos [vel ministrantes], cum candelabris accensis;*
- sequuntur clerici per ordinem et alii de choro cum cotta;*
- ultimo celebrans, tecto capite, ramum benedictum in manu deferens, medius inter diaconum et subdiaconum [vel ministrantes] qui ramos benedictos non deferunt, sed extremitates pluvialis sustinent;*
- demum fideles, ramos benedictos manibus gestantes.*

18. *Incipiente processione, cantari possunt antiphonae sequentes, omnes, vel aliquae, pro opportunitate.*

1 Ant. **O** Ccurrunt túrbæ * cum fló-ribus et pálmis Red-
emptó-ri óbvi- am : et victó-ri tri- umphánti dígna
dant obséqui- a : Fí-li- um Dé- i ó-re géntes praédi- cant :



et in laudem Chrísti vóces tónant per núbila :




« Hosánna ».

2 Ant. **C** UM ánge-lis et pú- e-ris * fidé-les inve-ni- á-



mur, tri- umpha-tó-ri mórtis clamántes: « Hosánna in




excél-sis ».

3 Ant. **T** Urba múlta, * quae convénerat ad dí- em féstum,




clamábat Dómino : « Benedíctus qui vénit in nómine Dó-




mi-ni : Hosánna in excél-sis ».

4 Ant. **C** Epé-runt * ómnes túrbæ descendénti- um gau-



dén-tes laudá-re Dé-um vóce mágna, super ó- mni-




bus quas víde-rant virtú-ti-bus, di-cé-ntes : « Be-ne-díctus
qui vé-nit Rex in nó-mine Dó-mi-ni; pax in térra, et gló-
ri-a in excé-l-sis ».

19. *Progrediente processione, cantatur sequens hymnus, populo, si fieri potest, Glória, laus. continuo repé-ntente, ut infra notatur.*


Hymnus ad Christum Regem

Chorus : Theodulphus, episcopus Aurelianensis † 821



1
G Ló-ri-a, laus et hó-nor tí-bi sit, Rex Chríste
Redémptor : Cú-i pu-e-rí-le dé-cus pró-mpsit Ho-sán-
na pí-um.
Omnes : Glória, laus.

Chorus :



1. Isra-él es tu Rex, Davidis et íncli-ta pró-les : Nó-mine

qui in Dó-mi-ni, Rex benedícte, vénis.

Omnes : Glória, laus.


Chorus :



2. Có-etus in excé-l-sis te láudat caé-licus ó-mnis, Et mor-
tá-lis hó-mo, et cúncta cre-á-ta simul.

Omnes : Glória, laus.

Chorus :



3. Plebs Hebraé-a tí-bi cum pá-lmis ó-bvi-a vénit : Cum
pré-ce, vó-to, hý-mnis, á-dsumus ecce tí-bi.

Omnes : Glória, laus.


Chorus :



4. Hi tí-bi passú-ro solvé-bant mú-ni-a láudis : Nos tí-bi
regnánti pá-ngimus ecce mé-los.

Omnes : Glória, laus.

Chorus :



5. Hi placu-é-re tí-bi, pláce-at devó-ti-o nó-stra : Rex bó-
ne, Rex clémens, cui bó-na cúncta plá-cent.

Omnes : Glória, laus.

Deinde cantatur antiphona sequens :

5 Ant. xii s.
8 G *
O - mnes * collaudant nomen tú- um, et dí- cunt :

« Benedíctus qui vénit in nómine Dó-mi-ni : Ho-sánna

in excél-sis ».

Vel ad libitum

xii s.

5 Ant. xii s.
8 G *
O - mnes * collaudant nómen tú- um, et dí- cunt :

« Be- nedíctus qui vé- nit in nó-mine Dómi-ni : Ho- sán-

na in excél-sis ».

Psalmus 147 (Textus novus, p. 28*)

Laudemus Dominum, erga populum suum benignissimum

1. Láuda, Jerú-sa-lem, Dóminum : * láuda Dé-um tú- um,

Sí- on. 2. Quóni- am...

Omnes versiculi incipiendi sunt in chorda tenoris.

2. Quóniam confortávit séras portárum tuárum : * benedíxit flliis tuis in te.

3. Qui pósuit fines tuos pácem : * et ádipe fruménti sátiat te.

4. Qui emíttit elóquium súum térrae : * velóciter cúrrit sérmo éjus.

5. Qui dat nívem sicut lánam : * nébulam sicut cínerem spárgit.

6. Míttit crystállum súam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris éjus quis sustinébít?

7. Emíttet vérbum súum, et liquefáciat éa : * flábit spíritus éjus, et flúent áquae.

8. Qui annúnciat vérbum súum Jácob : * justítias et judícia súa Israél.

9. Non féciit táliter ómni natióni : * et judícia súa non manifestávit éis.

10. Glória Pátri, et Fílio, * et Spíritui Sáncto.

11. Sicut érat in princípío, et nunc, et sémpet, * et in saécula saeculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Omnes collaudant. ut supra.

6 Ant. xi s.
8
F Ulgén-tibus pálmis * prostérnimur adve-

ni- énti Dómi-no : hú-ic ómnes occurrámus cum hýmnis

et cánti-cis, glo-ri-fi-cántes et di-céntes : « Bene-díctus

Dómi-nus ».

7 Ant. xs.
1
A - ve, * Rex nó- ster, Fí-li Dá-vid, Red- ém-

ptor mún- di, quem prophétae praedi-xé- runt Salva-tó-rem

dómu- i Isra- òl ésse ventú- rum. Te e- nim
ad sa-lu-tá-rem vícti-mam Pá- ter mí- sit in mún- dum,
quem exspectá- bant ómnes sáncti ab o-rí-
gi- ne mún- di, et nunc : « Ho- sánna Fí- li- o Dá-
vid. Benedíctus qui vé- nit in nómine Dómi- ni.
Ho- sánna in excélsis ».

20. Nihil impedit, quominus cantetur a fidelibus hymnus Christus vincit, vel alius cantus in honorem Christi Regis.

21. Intrante processione in ecclesiam, dum celebrans per valvas ecclesiae transit, incipitur responsorium sequens :

Resp.
2

I Ngredi- énte * Dó- mi- no in sánctam ci-
vi- tá- tem, Hebrae- ó- rum pú- e- ri resurrecti- ó-
nem Ví- tae pro- nunti- á- n- tes, * Cum rámis pal-

má- rum : « Hosánna, clamá- bant, in ex- célsis ».
Ÿ. Cúmque audísset pópu- lus, quod Jé- sus vení- ret Je-
rosó- ly- mam, exi- é- runt ób- vi- am é- i.

* Cum rámis.

22. Celebrans, cum ad altare advenerit, traditis primo diacono [vel ministranti] bireto et ramo benedicto, facta debita reverentia, illud ascendit cum ministris sacris [vel ministrantibus] et, stans medius inter illos, versus populum, clerico [vel ministrante] librum tenente, dicit, in tono feriali B (vel in tono simplici antiquo), orationem ad complendam processionem, manibus junctis :

Ÿ. Dóminus vobiscum. Omnes R̄. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Domine Jesu Christe, Rex ac Redemptor noster, in cujus honorem, hos ramos gestantes, solémnes laudes decantávimus : † concede propitius ; ut, quocúm- que hi rami deportáti fuerint, ibi tuae benedictionis grátia descéndat, * et, quavis daémonum iniquitate vel illusioné profligáta, dextera tua prótegat, quos redémit : Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. R̄. Amen.

23. Oratione finita, celebrans et ministri, facta debita altari reverentia, deponunt paramenta rubea, assumentes, pro Missa, violacea.

24. Rami non tenentur manibus, dum in Missa historia passionis Domini cantatur vel legitur.


DE MISSA

Statio ad S. Joannem in Laterano


Ministri sacri adhibent dalmaticam et tunicellam ; quod servatur etiam feriis II, III et IV.

Ubi ante Missam facta fuerit benedictio et processio ramorum, celebrans cum ministris sacris [seu ministrantibus], accedit ad altare, et, omissis psalmo Júdica me, Déus, ac confessione, illud ascendit nihil dicens, osculatur illud in medio, et incensat more solito.

[In ritu simplici, si Missa in cantu celebratur, fiunt incensationes uti moris est in Missa solemni.]



Domine, *ne longe fá-ci-as auxí-li-um tú-um




a me, ad de-fensi-ónem mé-am áspi-ce :




lí-be-ra me de ó-re le-ó-nis, et a córni-




bus u-ni-cornu-ó-rum humi-li-tá-tem mé-am.



Ps. Dé-us, Dé-us mé-us, réspice in me, *qua-re me de-



re-liquísti? longe a sa-lúte mé-a vérba de-lictó-rum



me-órum. *Repetitur Dómine. etc.* Kýrie XVII, 60.

Orémus.

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, concéde propítius; ut et patiéntiae ipsíus habére documénta, * qui húmáno géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : † nostrum.

Per totam hebdomadam sanctam nulla admittitur commemoratio, et in Missa prohibentur quoque collectae, quolibet titulo imperatae.

A dominica II Passionis seu in palmis usque ad Missam vigiliae paschalis inclusive, in Missa (et feria VI in solemní actione litúrgica), si solemníter celebratur, scilicet cum místris sacris, ea omnia, quae diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii officii cantant vel legunt, a celebrante omittuntur.

[Si Missa in cantu celebratur, lector cotta indutus, potest legere epistolam : celebrans auscultat.]

Lectio Epistolae beati Pauli apostoli ad Philippenses. 2, 5-11


Patres : Hoc enim sentíte in ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi vobis, quod et in Christo Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accipiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu inuéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque nomen, quod est super omne nomen : *hic genuflectitur* ut in nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium et infernórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.



TEnu-ísti * má-num déxte-ram




mé-am : in vo-luntá-te tú-



a de-duxí-sti me : et cum gló-




ri-a as-sumpsí-sti me.



V. Quam bó-nus Isra-él Dé-



us ré-ctis



cór-de! mé-i au-tem paene mó-



ti sunt pé-des, paene effú-